



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalivm Qvi  
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev  
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantùm ob  
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche posay, Henri-Louis Chasteigner de  
Tolosae, 1614**

A S. Vrbano V. Creati. qui de voto & oratione scripsit, vt notat Eisengrein.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10735**

*Nomenc. Sanctæ Romanae*  
 curam, numeroſo aſſignato exercitu Innocentius 6. de-  
 mandauit; ſcripſit, ut notat Eiſengrein,  
 Sermones diebus festis habitos. Obiit Viterbię  
 anno 1369. Ibidemque ſepultus eſt.

*A S. VRBANO V. CREATI.*  
 qui de voto & oratione ſcripſit, ut no-  
 tat Eiſengrein.

**A NGELICVS GRIMALDI** è Grifaco Gal-  
 lius Cardinalis Urbani 5. Nepos, & Archiepiscopus Aue-  
 nionensis, ſcripſit, ut notat Eiſengrein

Antiphonas & facra reſponſa. Obiit Auenione  
 16. Kal. Aprilis. 1387.

**G VILLELMVS SVDRE** Lemoūicensis ord.  
 Prædicatorum, ex Episcopo Maſſiliensi Cardinalis,  
 ſcripſit

De Mysteriis Sanctæ Crucis.  
 Epiftolas plures in cauſis fidei ad diuersos, &  
 Quædam ad argutias Logicæ ſpectantia. Obiit  
 Auenione anno 1373. Ibidem ſepultus ad  
 Piædicatores.

**M ARCVS VITERBIENSIS** ord. Minorum  
 Theologus Cardinalis, ſcripſit, referente Cortesio,  
 Summam Casuum Conſcientię: Iacetque Viter-  
 bij in Ecclesia Minorum cum hoc Epitaphio.

*Marcus Viterbiensis ex ordine Minorum conuentualium Car-  
 dinalis ab Urbano quinto ob ſuam ingentem in omni virtute glo-  
 riam kalend. Ianuarij 1366. creatus. Viterbij, vitam vir sanctitate  
 vita conspicuous obiens, nomen ſuum immortalitati consecravit, an-  
 no Virginei partus. 1369.*

*Quam*

Quam tibi plus Marce longè huic Vetusonia dedit.

Nam tu illi esse, dedit ille bene esse tibi.

GUILLEMVS DE AGRIFOLIO ex Archiepiscopo Cæsaraugustano Cardinalis Gallus, scripsit, ut notat Eisengrein,

Sermones in laudem B. Virginis.

Et alios. Obiit Auenione anno 1405.

PETRVS CORSINVS Ciuis & Episcopus Florentinus Cardinalis, scripsit, ut refert Pocciantius

De abolendo Schismate.

Vitas aliquot Summorum Pontificum.

Sermonesque multos. Florentiæ iacet in Ecclesia Augustinianorum cum hoc Epitaphio.

Hic iacet Reuerendissimus in Christo Pater Dominus Petrus de Corfinis de Florentia, Decretorum Doctor, Portuensis Episcopus Cardinalis, qui obiit die 16. Augusti anno Domini 1405. Et annos sui Cardinalatus 36. cuius anima requiescat in pace.

---

VRBANI V. TEMPORIBVS CLARI.

IOANNES THORESBIVS Anglus, ex Archiepiscopo Cantuariensi Cardinalis S. Sabinæ, ut vult author Catalogi scriptorum Angliæ: de cuius tamen Cardinalatu non mihi satis constat: scripsit

Processum quendam.

Pro docendis laicis, more Cathechismi Anglice.

Ad Ecclesiarum Pastores. Et alia. Obiit Eboraci anno 1374.

BERNARDVS DE AMBASIA Carmelita, & Cardinalis (si Bibliothecæ vniuersalis authori credimus;) scripsit

In libros Sententiarum.